



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De spe & peccatis contra spem cap. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

de nostra Christiana Religione  
notitiam habent, à peccato non  
excusantur, sicut nec illi, qui plu-  
res colunt deos, & præcepta di-  
uina contemnunt.

*De spe, & peccatis contra Spem.*  
**Cap. 7.**

**S**pes est\* inclinatio ad futuram  
beatitudinem, Dei auxilio cõ-  
sequendam.\* Peccata contra  
spem sunt duo: Despetatio & Præ-  
sumptio. Despetatio est quidam  
recessus voluntatis à beatitudine  
futura. Desperatio interdum est  
sine fide, & vnum quid cum hære-  
si: vt si quis beatitudinem non  
crederet esse, vel à Deo posse dari,  
aut nolle eam dare: alias cum fide  
manet, vt si quis putet sibi Do-  
minum non remissurum peccata,  
quia multa, & magna sunt. Est  
vero peccatum desperationis, mi-  
nus hæresi, sed periculosius. Præ-

sumptio est duplex. vna qua quis vult beatitudinem suis naturalibus meritis, & viribus consequendâ, absque Dei gratia, vt Pelagiani. Altera est quæ quis vult beatitudinē sola diuina misericordia, & absque vlio proprio merito consequendam, vt Lutherani, & hic error est peior priore.

*Quid sit Charitas, & quam necessaria. Cap. 8.*

**C**haritas est \* hominis amicitia ad Dominū, supernaturalis. Perfecta amicitia quatuor necessario requirit. Primū vt sit amor. \* Secundū quod sit amor beneuolentiæ, quo alicui volumus bonū, bonū autē ipsum volitum est amore concupiscentiæ. Tertium, quod sit amor mutuus: quandō nāque solus est, ratione amicitia caret. \* Quartum, quod sit